

Quis fuerit *hic vir*, Scriptura sacra non explicat; neque nos aliquid asserere nisi divinando possumus. Rabbinii antiquiores, ut in Traditionibus Hebraicis tradit Hieronymus, aut quicumque est illius operis auctor, illum virum Phineem esse putant, quem etiam arbitrantur fuisse Eliam; uterque autem vehementer erat zelator legis, quae tunc à filiis Levi cum intolerabili calcabatur impudentia. Sed hi errant suo more infantiliter; nam magnus ille zelator Phinees antiquior fuit, quam ut ad Heli seculum pervenire potuerit: ab aetate namque Phinees ad hoc usque tempus anni intercesserunt non multo pauciores quadringentis. Elias verò longè post Heli mortem natus est. Rab. Salomon, ut tradit Lyra, Elcanam Samuelis patrem esse autumat. Abulensis hic q. 22. angelum. Quod si verum esset (quod non credo) magna foret Samuelis commendatio, cum hominis praecursorem Dominus angelum esse voluerit, qui ad illius prophetiam fidem, earumdem rerum praedicatione viam aperuerit, et in hominum animis hospitium non difficile. Sed non est, cur à praecipua nominis significatione recedamus, quando nulla nos eò necessitas adigit. Licet enim angelus interdum dicatur *vir Dei* (sanè Judic. 15. angelus, qui Annae Samsonis matri apparuit, *vir* dicitur *Dei*; et in Testamento novo non semel angeli nominantur *vir*: ut Actor. 1: *Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis*. Et duo angeli, qui apparuerunt ad Christi monumentum, *vir* dicuntur Lucae cap. 24.), verumtamen *vir* nomen perquam rarò angelicæ, humanæ verò naturæ propè semper tribuitur.

Mihi certum est, hunc virum hominem esse prophetam; quis tamen ille fuerit, prorsus incertum. Fuisse aliquos prophetas, quorum tempus et nomina Scriptura silet, negare nemo potest. Sanè fuisse prophetas tempore Manasse, qui clamarent, et impio regi grave ad futurum esse infortunium praedicerent; quorum tamen nomen ignoramus, habemus lib. 4 Regum, cap. 21, v. 10: *Locutusque est Dominus in manu suorum prophetarum, dicens: Quia fecit Manasses, etc.* Sub Manasse verò non legimus quenquam ex prophetis, quorum ad nos pervenerunt nomina, prophetasse. Sic ergo sub Heli credibile est fuisse prophetam aliquem, à quo severum istud vaticinium accepit. Est autem mihi valdè probabile, quod in Traditionibus Hebraicis, ex Hebraeorum sententia, dicit Hieronymus, virum hanc prophetam ante Samuelis ortum, imò ante Elcanæ

parentis tempus occurrisse sacerdoti, illicque et exprobrasse socordiam in filiorum severa disciplina, et suæ domus ritum praedixisse: hoc tamen loco illius interpositum esse vaticinium, quia non apparuerat opportunitas ulla commodior, neque parùm faciebatur Samuelis nomini, cum non aliter in puerili, quam alius in grandi jam aetate loqueretur. Quare illud, *venit*, pro plusquam perfecto, *venerat*, positum est, quod in Scripturâ contigisse frequenter, diximus supra v. 20, ad illud: *Et benedixit Heli Elcanæ, et uxori ejus*.

NUMQUID NON APERTÈ REVELATUS SUM DOMI PATRIS TUI, CUM ESSENT IN AEGYPTO? Solet Deus, cum alicui exprobrat aut immemoriam, aut ingrati animum, aut certè pro beneficiis relatum contumeliam, connumerare, quot illum officiis persecutus sit, quam illum fuerit amplexus humaniter. Sic Davidi cum per Nathan obijcit adulterii atque homicidii peccatum, superiora commemoravit beneficia, lib. 2 Reg. cap. 12. Sic populo suo saepè per prophetas obijcit, quòd pro beneficiis malefacta reddiderint. Ut Michea cap. 6. Jeremie cap. 2, v. 5. Isaias, cap. 5, v. 5. Quò enim plura sunt, atque majora beneficia, eò magis augeatur peccatoris stupor et impudentia. Sic ergo Dominus aliquot commemorat beneficia, quibus superioribus ante saecula Heli sacerdotis domum et familiam ornavit, quo tempore ignobilem sub Aegypto iugo, et duram subibat servitutem. Tunc enim revelatus est domui patris sui; id est, apparuit liberalis atque benevolus Aaroni, à quo ipse per Ithamarem trahebat genus. Quem sacerdotem constituit summum totique populo in sacro ministerio praefecit, communibus aluit sumptibus; idque voluit iterùm et saepius cautum esse legibus; quod benevolentiae singularis, et non vulgaris providentiae argumentum est. Porrò *revelari*, hoc loco, idem est quòd *apparere*, aut faciem suam alteri ostendere; id verò hilarem ostendit faciem, et benevolum animum: licet enim ostendere alicui faciem, aut firmare super aliquem vultum, indignationem aliquando significet, quia non semper hilaris est et placidus vultus, tamen plerumque revelatus, aut ostensus vultus benevolentiae signum, et quoddam amoris pignus est. Quare *abscondere faciem*, aut *avertere*, aut similia, quorum in Scripturâ familiaris est usus, non nisi cum significatur odium et offensio, adhiberi solent. Haec porò revelatio facta est in Aegypto, id est, cum nondùm Aaron jugum et cervicibus excussisset Aegyptium, ut hic aper-

tè propheta docuit. Tunc autem istud accidisse verisimile est, cum Exod. cap. 4, v. 27. Deus locutus est ad Aaron, illumque verborum Dei constituit interpretem, ut quæ Moyses accepisset à Domino, ipse, utpote qui expeditioris esset linguae, statim ad populum referret.

VERS. 29. — ET ELEGI EUM EX OMNIBUS TRIBUBUS ISRAEL MIHI IN SACERDOTE. Haec contigere, postquam jam Aaron, et populus excesserant ex Aegypto. De quibus Levit. cap. 8, ubi Aaron et filiorum ejus consecratio describitur. Et Numer. 17, florente ac germinante inter alias virgâ Aaron, ille unus ex omnibus tribubus summus eligitur sacerdos. Et cap. 18, quid ex omnibus sacrificiis, ac terræ fructibus ad sacerdotem pertineat, et quo in loco futurus sit apud alios, satis luculenter atque explicate proponitur. Unde colligitur, quàm grande beneficium Aaron illiusque posteritas acceperit, quando ad sacerdotale nomen assumptus est. Quæ statim subjiciuntur, sacerdotale munus describunt, et illius honorem et sacrum ministerium amplificat; quæ aperta sunt; neque ullam interpretis operam desiderant. Quid sit *Ephod*, jam à nobis ad vers. 18 explicatum est.

ET DEDI DOMUI PATRIS TUI OMNIA DE SACRIFICIIS FILIORUM ISRAEL. De omnibus sacrificiis, quæcumque fuissent filiorum Israel, aliquid Deus ad sacerdotum usum reservavit, ut satis habemus explicatè proposita Numer. cap. 18. Dicuntur autem data de sacrificiis omnia, cum de omnibus tantum aliquid datum fuerit, per illam figuram, quæ in toto aliquam tantam illius partem intelligit. Quod sanè verum est etiam in eo sacrificio, quod totum sibi Deus assumpsit, et igne consumitur; atque idè vocatur holocaustum: nam ex eâ victimâ, quæ tota comburitur, saltem pellis in usum venit sacerdotum Levit. 7, v. 8: *Sacerdos, qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus*.

VERS. 29. — QUARE CALCE ABIECISTI VICTIMAM, ET MUNERA MEA, QUÆ PRÆCIPUI, UT OFFERRENTUR IN TEMPO (1). Satis abundè provisum est à Deo sacerdotum non solum necessariis

(1) Commodè etiam in aliam sententiam textus redditur: *Quare calce abieicisti eos, qui oblationes meas in tabernaculo daturi veniebant? Quare respicisti filios tuos magis quam me, satrans te primitiis meis et oblationibus, vel denique, ut pinguis fieri parceres meis oblationibus? Maluisti profanare sacrificia mea et oblationes potius quam abicere filios tuos à sacro ministerio, quo turpiter adè abutebantur; idque, ne careres tu filique tui is proventibus, qui-*

usibus; sed etiam abundantibus, quando ex omni non solum alimentum, sed frugum etiam genere, ad Aaron, illumque verborum Dei adè ab ipso templo conferri voluit. Quocirca non adiebanatur necessitate, quæ interdum culpam aut omninò tollit, aut saltem elavat, ut aliena raparent, et illa etiam, quæ Deus sibi ex omnibus vendicabat; sed pro sua tantum libidine nihil sibi putabat esse prohibendum, quod sibi ex totâ victimâ collibisset. Porrò, *abiecere calce*, nihil est aliud, quam conculcare, aut pedibus impactis (quod grave existimatur ignominiae genus, quasi aliquid esset futile ac sordidum) procul abicere.

Illa autem munera, quæ Deus vocat sua, abjecta dicuntur calce, cum tamen sacerdotes illi scelesti non abjecerint, sed potius amaverint, et ea sibi ex omnibus elegerint. Quia quæ magis videbantur sacra, utpote consecrata, et reservata Deo, qualis est victimarum adeps, illa non adolebantur prius quam essent alia à sacerdotibus oblata, atque idè maximè sacra nihil magis censabantur religiosa, quam profana. Deinde quia crudè assumantur carnes, contra quam erat à sacrificali lege praescriptum. Quare perinde habebantur illae victimae, quæ ad Dei honorem offerbantur ad altare, atque si ad profanum epulas emerentur à maello.

Dicitur porò Heli *abiecisse calce*, id est, habuisse vilia oblata, aut allata ad templum sacrificia, licet de illo nihil in sacrâ paginâ audiamus ejusmodi, quia pro eâ potestate quam habebat summam, utpote iudex et pontifex, prohibere debuit, ne quid tale in re tantè admitteretur, maximè à filiis, in quos, præter alia, paterna quoque accedebat auctoritas, quæ rescere debuit filiorum in temerandâ Religione licentiam. Unde discant parentes imputari sibi filiorum aut etiam domesticorum errata, quæ cum ipsi corrigere aut prohibere debuissent, ad illa tamen convenerit, et dùm dissimulant et indulgent, magis ac magis quotidie alunt et confirmant audaciam, dùm illam abire sinunt impunitam.

Quò de re gravius Patres. Vide Chrysostomum homil. 9 in Epist. 4 ad Corinth. tom. 4 et tom. 5, lib. 5, adversus vituperatores vite monasticæ, parùm à principio. Inter alia gravissima in eam sententiam, postquam paternam bus pinguescit. Septuaginta: *Ut quid respicisti impudens oculo in incensum meum, et in sacrificium meum? et glorificasti filios tuos super me, benedicere de primordio omnis sacrificii tracti in conspectu meo?* (Calmet.)

exhortationem addaxit, quâ filios morum in-
temperantiam exprobravit Heli, hæc subiecit:
Verum quia non omnia, quaque fuerant
agenda, ut ea rescarentur vitia, mollius est,
et tunc cum filius unâ peritit. Namque et minas
ille addere debuerat, et à suo eos conspectu
amovere atque abdicare, etiam et verberibus
afflicere, multoque illis gravius et durius in-
stare. Quia igitur nihil horum egit, verbo-
rumque tantum monitis contentus fuit, et
illis, etsi ipsi Deum adversum infestumque
constituit. Lege reliqua, quæ tanto zelo at-
que doctore dignissima sunt. Theodoretus q. 10,
in hoc cap. : « Filiorum iniquitas non egebat
et lenibus medicamentis, sed acerrimis et asper-
rimis; oportebat ergo, cum post primam et
secundam admonitionem perseverassent in
nequitia, eos à templi ambitu expellere. »
Et quidem si cum posset et deberet sacrile-
gos filios à templi aditu prohibere, in illo ta-
men manere ac dominari permisit, ut peregre-
rent sine ullo interpellatore ac vindice esse,
quod ceperant, nempè ut calce abjicerent,
quæ sibi Deo offerri voluit; illa victimas et
sacra alijecisse censendus est, quia neque cu-
râsse censetur quid rerum à filiis in templo fie-
ret, neque de illius religione contemptâ labo-
rare.

ET MAGIS HONORASTI FILIOS TROS QUAM ME (1).

(1) Pourquoi avez-vous honoré vos enfants plus
que moi? Dieu reproche à Héli qu'il a été plus
touché de l'honneur de ses enfants que de celui
de son aïeul, et qu'il a violé le respect qui est
dû au sanctuaire par des vies honteuses de la
chair et de sang. Nous voyons néanmoins qu'il
n'avait aucune part au déréglé de ses en-
fants, et qu'il les en avait même repris. Mais il
l'avait fait trop tard, et lors seulement que
leurs désordres étaient montés jusque dans les
derniers excès: et il l'avait fait trop faible-
ment, s'étant contenté de leur donner quelques
avis avec une extrême douceur, au lieu qu'il
leur devait parler avec indignation et avec
force, et passer des paroles aux actions, après
avoir vu que ses remontrances étaient inutiles,
en les chassant du temple et en les empêchant
de déshonorer plus long-temps leur saint mi-
nistère. Héli, dit saint Jérôme, a repris ses
enfants, et néanmoins, il a été puni de Dieu,
parce qu'il ne devait pas seulement les reprendre,
mais leur interdire l'administration des
choses saintes. *Heli corripuit filios, et hostiam
est, quia non corripere, sed abjicere debuit.* Et
ceci, nous apprend, dit saint Grégoire, com-
bien sont exposés aux mêmes reproches ceux
qui élèvent leurs parents aux ordres sacrés,
non pour donner à l'Eglise de saints ministres,
mais pour relever leur maison par l'éclat et
par le revenu de ses dignités.

Dieu reproche encore à ce grand-prêtre qu'il
a mangé avec ses enfants les prémices de tous les

UT COMEDERETIS PRIMITIAS OMNIS SACRIFICII IS-
RAEL. Honoravit Heli filios magis quam Deum
multis modis; vel quia primas partes sacrifi-
ciorum demittit ad filios, quod potest intelligi
duplicitè; aut quia illis meliora dedit quam
Deo, illa videlicet, quæ Deus sibi reservârat è
victimis; aut quia filiorum voluntati satisfac-
tum prius esse voluit quam divinæ. Nam, ut
vidimus supra, antequam adoluerent adeps et
quæ Deus sibi vindicârat è victimis, filii suas
sibi partes abstulerant. Dici verò hoc modo
potuit filios suos honorâsse Heli, quia quod ta-
lia filii auderent in templo, cum posset et de-
beret prohibere, permisit. Quomodo Deus, ut
paulò ante dicehamus, illa facere dicitur, quæ
fieri sinit.

Secundò, honorâsse dicitur Heli filios magis
quam Deum, quia ne filios contristaret, non
dubitavit quoad ejus fieri potuit, contristare
Deum, cujus permisit templum violari sacrile-
giorum concubitu; et ne filiorum immoderato de-
siderio aliquid subtraheret, quæ Deus è sacrifi-
ciosis sibi ipsi separârat, eripuit. Tertio, quia ut
hoc loco optimè Gregorius, indignos filios sacro
præfeci ministerio, ut illis de templi bonis et
sacris emolumentis commodaret. « Filios, in-
quit, et propinquos magis quam Dominum
et honorat, qui ad sacros ordines personas eli-
git, non ex conversationis honestate, sed
ex amore propinquitatis. Ideo et filii honorati
referantur, ut sacrificii primitias ederent,
et quia carnales prælati spiritualis honoris cul-
mina carnalibus propinquis idèò tribuunt,
et ut ecclesiasticis facultatibus ditentur, et in
sacrificiis de suo populo, parce qu'ils prenaient
leur part de l'hostie avant même qu'elle eût été
offerte à Dieu.

Nous pouvons tirer une grande instruction
de ces paroles. Il est souvent aisè d'être expo-
sé à ce reproche de Dieu sans que l'on y pense.
Celui qui travaille à éclaircir et à soutenir la
vérité, ou qui la publie devant le peuple, ou
qui conduit les âmes dans la voie de Dieu, lui
offre certainement un sacrifice qui peut lui
être fort agréable. Mais s'il nourrit dans son
cœur une passion secrète, qu'il se dissimule en
quelque sorte à lui-même, et s'il recherche en
ces choses si saintes plutôt sa propre gloire
que celle de Dieu, il prend pour lui les pré-
mices de ce sacrifice. Il devient la fin de son
action, et Dieu n'en est que le moyen. Ainsi il
met la créature au-dessus du Créateur; ce qui
est le plus grand de tous les désordres.

Nous devons donc travailler pour Dieu uni-
quement, et ne chercher que lui seul; et après
cela nous trouverons notre salut et notre gloire
même dans sa gloire; comme après que les
victimes avaient été offertes à Dieu, les sacrifi-
cateurs et ceux qui les avaient offertes en
avaient leur part. (Sacy.)

« alitudo ordinis cumulentur abundantia
uberitatis. Nec curant quales sunt, qui ad
« spirituale ministerium veniunt; sed tantum
« ut temporali dignitati præferant, quos car-
« nali affectione complectuntur. » Videli-
« quet. Honorat igitur pater plus satis indulgens
et amans filiorum, filios quam Deum, quia
dum filiorum commoditati serviat, de majori
Domini honore non laborat. Non enim illis
conferre debuit honorem sacrum, ut comedere-
rent, quod rectam rationem omnino pervertit;
sed omnis illa de templo commoditas eò spe-
ctare debuit, ut Deo legitimè, atque perfectè
servirent: « Non enim, ait Gregorius, prædi-
« cat sacerdos ut comedat; sed idèò ut præ-
« dicit manducare debet. » Hoc postremum
videtur significare voluisse Dominus, dum ait:
Ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel.
Quasi è sacro ministerio, id unum, aut præci-
piè spectarent, ut optimum quodque è sacrifi-
ciorum primitiis sibi vindicarent.

VERS. 30. — LOQUENS LOCUTUS SUM, UT DOMUS
TUA ET DOMUS PATRIS TUI MINISTERIUM IN CON-
SPECTU MEO USQUE IN SEMPERNUM. Duos filios
ex aliorum incendio superstitès habuit Aaron,
Eleazarum, et Ithamar, quorum prior parenti
jam defuncto in pontificatu successit, et huic
posteri usque ad Ozi, qui fuit quartus post
Eleazarum ex illius familia sacerdos, donec in
Heli ad domum Ithamar sacerdotale nomen
translatum est, ut docet Josephus lib. 3 Anti-
q. cap. ultimo. Cur translatum fuerit, nihil
habemus è sacra Historia; sed est verisimile,
propter sacerdotum ex Eleazaris domo aut
inertiam in administrandâ re sacrâ, aut propter
alla flagitia, quæ obscurum et odiosum reddi-
dere sacerdotale nomen (sicut nunc de duobus
Heli filiis, isdemque sacerdotibus dicebamus)
ab Eleazaris ad Ithamareos migrasse sacer-
dotium.

Ita ex Hebraeorum sententiâ docet Lyra,
Abulensis hic q. 29, Dionysius et Hugo. Quan-
do verò hæc Dominus dixerit Heli, qui primas
ex familia Ithamar sacerdotalem dignitatem
obtinet, ut auctor est Josephus supra, incertum
est; neque puto ex ullo Scripturæ sacræ
loco colligi posse. Sed id à Domino ante hoc
tempus fuisse predictum, nemo potest ambi-
gere, cum id aperte affirmet præsens hic locus.
Neque novum est, ut multa dicta aliquando
fuerint, quæ tamen Historiæ sacræ mandata
non sunt; quæ quidem ad nostram memoriam
nunquam venissent, nisi alienis locis essent
commemorata, quasi jam ante contigissent.

Quale fuit Jacob flevisse, cum luctaretur cum
angelo, quod in Genesi, ubi Jacob historia
latè descripta, non habemus, dixit tamen
Oseas cap. 12. De terra motu sub Ozâ nihil
audimus, ubi de rebus ab Ozâ gestis textur
historia; illum autem sub Ozâ contigisse do-
cuit Amos, cap. 1, et Zacharias, cap. 14. Qui-
bus locis nos hæc pluribus confirmavimus
exemplis. Dixit sine dubio aliquis propheta
Heli; nam hic primus ex familia Ithamar sa-
cerdotium obtinuit, quæ de perpetuo illius fa-
miliæ sacerdotio dicta sunt. At quo tempore,
aut quam ob causam, nihil habemus certum ab
historico, seu ab auctore sacro. Et fortasse ab
illo prius de sacerdotio perpetuo promissionem
accepit, à quo nunc de illius translatione seve-
rum audit vaticinium. Neque à tempore ali-
quid habemus incommodi, cum Heli primam
illam promissionem accepit, et eidem dura
hæc comminatio denuntiata sit. Diximus autem
supra, minas hæc longè ante Samuelis ætatem
fuisse propositas; quare ab uno propheta
utrumque predictum esse potuit.

ASIST HOC A ME, SED QUICUMQUE GLORIFICAVE-
RIT ME, GLORIFICADO EUM: QUI AUTEM CONTEMN-
IT ME, ERUNT IGNOBILES (1). Perpetuum fore dise-

(1) Ceux qui me méprisent tomberont dans le
mépris. Quoique les ministres de l'Eglise soient
présentement dans un grand honneur aux
yeux des hommes, parce qu'on doit toujours
honorer dans eux le sacerdoce de Jésus-Christ,
ils sont néanmoins dans le mépris devant Dieu
et devant les anges, lorsqu'ils déshonorent,
comme les enfants d'Héli, l'éminence de leur
charge par la bassesse et l'indignité de leur
vie. « Mais s'ils meurent dans cet état si fu-
« neste, ils tomberont dans un opprobre éternel,
« dit S. Grégoire, lorsque, selon la parole d'un
« Psaume, ils seront liés par les saints avec des
« chaînes de fer. Car ils s'élevèrent présentement
« avec empire sur les âmes humbles qui leur
« sont assujetties; mais alors leurs honneurs
« seront passés, et cette domination tyrannique
« qui aura duré si peu de temps, leur attirera
« une captivité honteuse qui ne finira ja-
« mais. »

V. 32. Je me susciterai un prêtre qui agira se-
lon mon cœur. Le ministre qui a été appelé et
choisi du ciel, agit selon le cœur et l'esprit de
Dieu, parce qu'il n'est pas digne de ce rang
sacré, à moins que d'avoir appris les volontés
de Dieu dans son Ecriture. Et il est fidèle à
celui qui l'a envoyé lorsqu'il se conduit dans
son ministère, non selon le déréglé de ses
pensées et de ses desirs, mais selon les lumie-
res de l'esprit de Dieu et les mouvements de
son amour. Dieu dit qu'il lui suscitera une
maison stable et fidèle, parce que le peuple
doit l'obéissance au pasteur comme le pasteur
à Dieu; et Dieu soumet les âmes à son ministè-
re, lorsque son ministre lui est véritablement
soumis.

rat Dominus in domo Heli honorem sacerdotii; nunc autem longe se fore dicit, ut in familia neque obsequente, neque sancta perpetuum illud ac proprium beneficium conservet. In obsequens enim, et divinae gloriae studiosos et amantes, beneficium se, et illorum honoris curatorem fore dicit; in illos vero, qui contra fecerint, severum vindicem; ita ut sordidam trahant et ignobilem vitam. Hic verò observandum, promissiones aliquas in Scripturà sacrà videri absolutas, quae tamen omninò conditionatae sunt. Quod ex eo facile cognoscitur, quia quae uno loco sine conditione, illa eadem cum expressa conditione promittuntur. Actor. cap. 10, sine expressa conditione dicitur: *Haec omnes prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes qui credunt in eum.* Sed conditionem quam Petrus non adhibuit, expressit Paulus ad Hebr. 5: *Christus per passionem consummatus, factus est causa salutis omnibus obtemperantibus sibi.* Joan. 6, sine conditione dicitur: *Qui manducat meam carnem, etc., habet vitam aeternam;* conditionem optimus interpres Paulus adhibuit, 1 Cor. 11: *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat.* Quod in aliis promissionibus, unà aut alterà exceptà, communiter esse intelligendum, atque in omni etiã minacè vaticiniò, docent exempla plurima, ubi promissa omninò completa non sunt, aut minè non illum habuerunt, quem intendebant exitum. Imò et Deus ipse, quod in caput hoc q. 27 notavit Abulensis, significavit per Jeremiam c. 18, v. 7: *Repenitè loquar adversus gentem, et adversus regnum, ut evadèrem, et destruar, et disperdam illud. Si poenitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam et ego poenitentiam super malo quod cogitavi, ut facerem ei: et subito loquar de gente et regno, et aedificem et plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam, poenitentiam agam super bono quod locutus sum, ut facerem ei.* Sid Abrahama posteritatis aeternam possessionem promisit terrae Chanaan; et Ninive intra quadraginta dierum spatium subversio-nem; sed nequam aeternam habuit hereditatem illam Abrahama posteritas; neque Ninive pra-

C'est pourquoi il ajoute: Il marchera tous les jours devant son Christ. Le pasteur marche à toute heure devant Dieu lorsqu'il n'agit point par caprice ni à l'aventure, qu'il consulte la vérité diurnelle, et qu'au même temps que son action paraît au dehors, il est attentif à suivre la voix de Jésus-Christ qu'il porte sans cesse au fond de son cœur. (Sacy.)

dicto spatio subversa est, quia haec poenitentiam apposuit offensionem divinam; illa peccando meruit, ut à datà sibi possessione, et prius toto Babylonicae captivitatis tempore, et tunc post Christi mortem in aeternum excederet. Eodem modo locutus est Dominus ad Heli, et illius domui sacerdotale nomen in aeternum promisit; quia tamen in eo munere praestando nimis se gessit infidelem et languidum, non diu in illius domo haesit sacerdotium.

VERS. 51. — ECCE DIES VENIUNT, ET PRAECIDAM BRACHIUM TUUM (1), ET BRACHIUM DOMUS PATRIS TUI, UT NON SIT SENEX IN DOMO TUA. POPA INDICITUR ingrato animo, atque infideli debita. *Brachium* inter alia plurima robur significat, quia illud magnarum rerum hominibus instrumentum est: quare qui alicui brachium confringit, aut debile reddiderit, ille vires admissae dicitur, et sustulisse agendi facultatem. Quidam in brachio sacerdotium intelligunt, quod familiae Heli robur esse videbatur, cum ab illo haberet potentiam; quo alios opprimeret, et ad suos usus optimum quodque è sacrificiis assumeret. Ita Gregorius, Angelomus, Vatablus. Adde ego etiã intelligi judicandi potestatem, quae eo tempore instar erat regni; nam Heli non solum sacerdos, sed etiã judex erat in Israel. Quod si ita accipias, *senex*, qui proximè subjicitur, non est ille qui diu vixit, et aliter longævus nominatur, aut aetate gravis; sed qui prudentiã pollet, qualis in sacerdote, ac iudice requiritur, qui idcirco *presbyter*, aut *senior* appellatur. Tunc autem haec erit sententiã: *Auferam à te, et à domo tuã sacerdotium, et iudicium, neque in tuã familiã erit deinceps, qui senex, id est, iudex, aut sacerdos sit.* Ita Hieronymus in Traditionibus Hebraicis.

Quòd si brachium pro armo sumatur, sicut apud Malachiam cap. 2, quod ex sacrificiis ad sacerdotem pertinebat, non alius est sensus, quam qui proximè à nobis productus est. *Praecidere* autem brachium idem est, atque sacerdotibus alimenta subtrahere, quae ad illos ex sacrificiis pertinebant; aut quod idem est, jus illis, aut potestatem tollere sumendi ex victimis armum aut brachium animalis.

Sed credo hic brachium pro fortitudine sumi,

(1) Symbol. nonnulli per fortitudinem intelligunt arcam testamenti, quae capta fuit à Philisthaeis sub Heli, juxta illud Ps. 77, 61: *Tradidit in captivitatem virtutem Hebraeorum, fortitudinem eorum, id est, arcam, ait ibidem S. Aug., Theod., Eucher, et Hugo.* Arca enim erat robur et firmamentum Israelis, quia Deum quasi vehebat. (Corn. à Lap.)

quia post haec tempora infirma erit, sicut ante, Ithamaris familia, ex qua ortus Heli, quo omnium pateat ludibrio, neque facultatem habeat, ut illatas ab aliis injurias depellat. Cum autem brachia pro arborum ramis interdum sumantur, quae ex uno stipite, aut trunco fundantur: sicut rami vocari possunt stipitis filii, sic etiã brachia, quae ex corpore quasi ex stipite pullulant, vocari possunt cognati ac filii, quibus commune genus est. Sanè arborum rami brachia dicuntur à Virgilio lib. 12 *Aeneid.*, ubi rex Latinus de suo sceptro ab artifice dolato in hunc modum loquitur: *Nunquam fronde levi fundet virgula, nec umbras, Cùm semel in sylvis imò de stirpe recisam Matre caret, possitque comas et brachia ferro. Olim arbor.*

Eadem Job usus est metaphorà cap. 5, v. 52. Cum enim praecessisset de arbore: *Ramos ejus arcefacies flammã*, statim iterat sententiam, et quos ramos prius, postea manus appellat: *Et manus ejus arescent.* Quòd si in brachiis, cognati intelliguntur et filii, sensus erit, filios et posteros Heli, item eos qui sunt ex familia Ithamar, qui pater appellatur Heli, ante sumum tempus, id est, antequam seniles annos attingerent, esse praecidendos ac morituros: aut quia ex sacerdotio supremãque dignitate deturbati vitam agent ignobilem, quae honestis viris instar mortis est, imò et mors appellatur: aut quia reverà non figuratã, sed propriã significatione ante senilem aetatem aut ferro, aut morbo decesserunt.

Ego haec ita divido, ut illud de praecidendo brachio figurate capiam pro sublato ex totã familiã Ithamar sacerdotali nomine, et judicandi potestate: quod verò subditur de immaturã morte ante seniles annos, ad Heli tantum pertinere domum. Quod mihi persuadeo, quia cum de hac vitã brevi, seu immaturã morte sermo est, non dicitur, ut alibi, *domus tua, et domus patris tui*; sed tantum *domus tua*. Quod ter legis: *Ut non sit senex in domo tuã*; et eadem iterum verba redeunt. Quòd verò ante senectutem ex familiã Heli plurimi decesserint sublato ferro, probant duo filii, Phinees et Ophni, qui paulò post à Philisthaeis; et octoginta quinque sacerdotes, qui à Saule cap. 22 trucidati sunt; et in Nobe sacerdotali civitate omnes ex eo genere ad unum interfecti. Et est satis verisimile, reipsã praestitisse Saulem, quod eodem cap. 2, v. 16, minatus fuerat sacerdoti maximo ex familiã Heli: *Morte morietis, Achimelech, tu et omnis domus patris tui.*

Neque plus videtur hoc loco propheta praedixisse, quam quod ibi comminatus est Saül.

VERS. 52. — ET VIDEBIS EMULUM TUUM IN TEMPIO, IN UNIVERSIS PROSPERIS ISRAEL. Fert natura rerum, aut hominum potius perversa consuetudo, ut durgus in illos afficiamur, qui locum illum occupant, à quo nos sumus ignominiosè depulsi. Quare cum accideret emulus esse summo cecidisset sacerdotio, ejusque loco Ithamaris familia successisset, inter duas haec familias, quantumvis sanguinis communione conjunctas, odium quoddam intercedebat hostile. Quare Eleazar, cum dolerent creptam esse sibi summam in Israelicis deiectionem, graviter in Ithamaris afflictebantur, et si quid illis minùs ex animo contingeret, ferebant non molestè. Neque fortassè minùs latabantur Ithamar, si quid accideret emulis suis durum et adversum; neque minùs ferebant aegre, si illos aut abundare bonis, aut in splendorem aliquem locum exaltari conspicerent. Quocirca non minatur Deus aliquid leve sacerdoti Heli, et illius in postera familia, cum venturos dicit in ejus locum, eos, à quibus non emulatione solùm, sed etiã odio plus quam intestino dissidebant.

ET IN UNIVERSIS PROSPERIS ISRAEL. Qui summus erat in templo, ille etiã ante primus erat, aut saltem in primis Israel; quem colebant alii tanquam supremum sacrorum antistitem, et quae erant optima in Israel (neque enim vulgaris, aut vitiosa aducebantur in templum) ad ipsum deferabant. Quare in sacerdote summo, summus etiã spectabatur honor, et ad res domesticas summa quoque commoditas.

Hic autem emulus, qui primus ad Eleazar familiam sacerdotium reduxit, fuit Sadoc; quem Salomon lib. 3 Reg. cap. 2, v. 27, pro Abiathar, qui erat ex familiã Ithamar, magnum tabernaculo sacerdotem praefecit. *Ejecit Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleteretur sermo Domini, quem locutus est supra domum Heli in Silo.* Et v. 35: *Et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar.* Haec autem vicissitudinem spectare non potuit Heli, qui octoginta annis, antequam accideret, mortuus est; visurus tamen dicitur in filiis, quod in praedictionibus propheticis infrequens non est. Sic quae promissa sunt Abrahae, in suis posteris inpleta sunt; quod postea Jacob, quod deinde à Jacob duodecim patriarchis praedicta, experti sunt longa post secula ipsius filii. Sic etiã quod hic minatur propheta, non vidit Heli; vidit tamen, qui

quartus ab eo tabernaculo praefuit Abiathur.

ET NON ERAT SENEX IN DOMO TUA OMNIBUS SACERDOTALI, quam sustinere aut solent, aut debent senes, qui vocantur presbyteri, quibus inest iudicii maturitas, et adest omnis in administrando, aut deliberando temeritas. Et quidem senectutem pro senili honore, aut magistratu sumi, non est in omni, ut opinor, lingua inusitatum. Graeci presbyteros vocant, qui praesunt rebus praesertim sacris, quales sunt non sacerdotes solum simplices, sed etiam episcopi. Apud Romanos nemo dubitat, unde Senatus nomen acceperit. Quod senes concilium apud Iudaeos habuerint, *seniorum* nomen nullius repetitum ostendit. Accedit, quod cum proximè, ut magis probabamus, de propriè senectute, quae spectatur in annis, actum sit, non videbatur hoc idem sapientis repetendum. Verumtamen sententiam non mutò, quia video in sacris litteris, si quid fuerit aliquo in genere grave, quodque animos in quamcumque partem vehementer afficiat, iterari sapientis, quod aut firmitatem, ac certitudinem indicat praedictorum, et affectum proflit animi incitati vehementis.

Illud porrò explorato opus est, an de totà familia Ithamar haec sint intelligenda, vel tantum de posteris Heli. Ego neque ex litterà, neque ex meritis video, quomodò haec severa comminatio ad Ithamarcos omnes explicari debeat, cum ab illis nihil admissum audiamus, quo in se supplicium illud tam immane ac longum accesserint. Deinde, quia quando de sacerdotio submovendo sermo est, non dicitur tantum domus tua; sed additur etiam *domus patris tui*: ut v. 30: *Loquens locutus sum, ut domus tua et domus patris tui*, et v. 31. Hoc verò loco, et proximo, cum de morte agitur ante senectutem, una designatur domus Heli. Quare nihil pertinere arbitror ad domum Ithamar, et ita cum aliis sentit Eucherius.

Sed quando constat, huic fuisse proprium domui Heli, non commune cum aliis ab Ithamare derivatis; videndum item, an omnibus saeculis ex progenie Heli nullus ad senilem usque aetatem vitam produxerit. Ita putant Hebraei, qui, ut dicit hoc loco Cajetanus, tradunt hoc etiam tempore, quotquot ab Heli familia propagati sunt, nunquam ad senectutem et canos pervenisse. An ita fuerit, incertum est; neque vetera nos fati cogit de omni aetate ac saeculo, supplicium istud tam latè ac longè patens esse intelligendum. Nota est enim illa Hiero-

nymi regula, ad illud Isatae cap. 15: *Ut disperdam omnem terram*: quae docet omnem terram et similia, non semper de omni omnimò terrà esse intelligenda; quod ego de omni tempore, aut hominum ordine verum esse puto. Certè signa universalis non semper universaliter significant; atque idè omnes idem valet, quòd *multi*; *multi*, idem quòd *pauca*; *uterram*, *perpetuam*, idem quòd *diuturnam*: ut aliis in locis à nobis saepè observatum et probatum est. Sic ergo hoc loco in *omnibus diebus* longum tempus intelligitur. Aut hoc dicendi modo tempus illud significatur, quo in Heli familià summum duravit sacerdotium, in quo ex eo genere plerique ceciderunt aut Philistaeorum armis, aut Saulis ferro, qui uno die octoginta quinque sacerdotes extinxit. Hoc verò significare videtur Propheta, cum dixit, v. 35: *Et magna pars domus tuae morietur, cum ad virilem aetatem venerit*. Hæc ego putabam dici posse non improbabiler; alii, credo, melius: quæ tamen alii conjectant, minus videntur expectanda.

VERS. 35. — VERUMTAMEN NON AUFERAM PENTUS VIRUM EX TE AB ALTARI MEO, SED UT DEFICIANT OCULI TUI, ET TABESCAT ANIMA TUA. Promittit Deus non defuturum ex semine Heli, qui sacrum ad altare obeat ministerium; ita tamen ut non tam illi honori, quam dolori sit, cum in minorum censeatur sacerdotum numero, serviatque perpetuò sacerdoti summo, neque ad ejus ordinem et gradum aspirare possit. Tunc autem faciet desperata dignitas, quam priùs in suà familià hæsisse noverat, ut doleant oculi alienam gloriam spectantes; et animus invidia stimulis compunctus extabescat: cum neque efficere possit, ut amissa recuperet, neque ut emulum à sacra illà et pontificià dignitate deturbet. Dolere autem dicuntur, aut delicere oculi, cum illa vident quæ agrè afficiunt animum: cumque id variè contingat; praesertim tamen hic est invidiorum morbus, quorum nomen ab oculorum conjecturatur; *invidere* quippe dicitur, quod opus est oculo-rum; et *oculus* vicini proverbialitè formà *invidus* vocatur. Invidia porrò omnium tormentorum maximum existimatur. Sic sanè de invidiè similibus et angore Horatius epist. 1:

*Invidia Siculi non incendere tyranni
Mojus tormentum.*

Hinc illud tritum, *invidia rampi*, aut *uri*, et similia. Quare his quibus datus est in templo focus, non melior continget vite conditio; sed multò quàm aliis acerbior, cum ex eo

quod quotidie oculis occurrit invidis, multiplex oriatur dolendi causa.

ET PARS MAGNA DOMUS TUE MORIETUR, ANTEQUAM AD VIRILEM AETATEM VENERIT. Non omnes qui ex Heli familià propagati sunt, morituri dicuntur immaturà morte, sed illorum multi. Sed hoc extremo verbo non minuitur, sed augetur potius dolendi causa. Dixerat priùs, eos qui orti essent ex Heli familià, non perventuros ad seules annos; nunc addit, eorum plerosque morituros, antequàm illis accedat virile robur.

VERS. 34. — HOC AUTEM ERIT TIBI SIGNUM, QUOD VENTURUM EST DUODES FILIIS TUIS (1), etc. Multa hoc loco contra Heli sacerdotem, et illius familiam vaticinatus est Propheta: ut quòd transferendum ab ipsius domo sacerdotale nomen; quòd non sit ullus ex illius genere ad senilem aetatem perventurus; quòd plerisque ante virile robur moriendum, neque defuturum aliquem, qui ut gravem dolendi occasionem habeat, in templo sacerdotale obeat ministerium. Horum omnium, ne de futurorum eventu dubitet, signum aliquod praebet, idque tam grave, ac proprium, ut nullo modo possit ex animo cadere. Quod accidit omnium proximè; et ut omnium malorum primum, posterioribus fidem concelebrabit certam. Signum autem erit duorum filiorum uno eodemque die tristis et inopinatus interitus; de quo pluribus deinde cap. 4.

VERS. 35. — ET SUSCITABO MIHI SACERDOTE M FIDELIEM, QUI JUXTA COR EDEM ET ANIMAM MEAM FACIET. Quidam hunc sacerdotem Samuelem

(1) *Vos deux fils Ophni et Phinées mourront tous deux en un même jour.* Dieu avait dissimulé long-temps les désordres scandaleux des enfans d'Héli et la mollesse de leur père, qui souffrait qu'ils déshonorassent si indignement la sainteté de son temple. Mais enfin il se déclare contre ce grand-prêtre. Il rétracte toutes les promesses qu'il lui avait faites de la stabilité de son sacerdoce. Il lui prédit qu'il va détruire toute sa maison; que ses deux enfans qu'il aimait d'un amour si peu réglé, et qui étaient la cause principale de son malheur, mourraient tous deux en un même jour; et que sa famille tomberait dans une indigence et une misère extrêmes.

Ainsi, la parole de saint Paul se vérifie, qu'on ne se moque point de Dieu. Il souffre qu'on le déshonore. Il avertit qu'on se reconnaîsse. Il rend presque sa Providence douteuse par la lenteur qu'il apporte à venger sa gloire. Mais enfin le moment terrible arrive où sa bonté doit céder à sa justice; et alors il est d'autant plus sévère dans ses châtimens, qu'il a donné plus de temps pour les prévenir. (Sacy.)

esse putant, in quem *fidelis*, et obsequentis nomen optimè cadit. Alii negant, et hunc locum, et ordinem Sadoe attribuant, qui primus, sublati Ithamaris, in ablatum suae familiae sacerdotium revocatus est. Hoc posterior tenet Abulensis in cap. 7 Reg. q. 50, et Levit. 17, q. 5. Quem è recentioribus sequuntur plerique. Genebrardus ad illud Psal. 98: *Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus*. Ubi non dicitur sacerdos esse, sicut Moyses et Aaron, qui proximè præcesserant, sed *invocans Dei nomen* (quam explicationem adducit etiam Hieronymus infra), quod fecere alii non sacerdotes. Idem tenent Hago, Dionysius, Lyra, Cajetanus. Ex antiquis Hieronymus lib. 4 contra Jovinianum tom. 2; Augustinus lib. 2 Retract. cap. 45, et idem in Questionibus veteris et novi Testamenti, q. 46, si modò illius operis auctor est Augustinus. Rationes multae adducuntur ab Abulensi supra, et à Hieronymo; et multò plures ab Augustino, quast. illi 46, quarum illa potentissima est, et instar omnium, quia non fuit Samuel ex illa familià, ex qua creari tantum sacerdotes possent. Licet enim à Levi traxisset originem, non tamen ab Aaron, cujus tantum posteris datum erat à Domino sacerdotale ministerium. Addo ego, non è aetate fuisse Samuelem, cum decessit Heli, quo tempore videri potuit illi successisse, ut obire poterit supremum illud munus, et dignitatis plenum. Sacerdotalis autem aetas ea erat, in qua homini maturum inesse solet iudicium, et abesse levitas juvenilis etatis. Ante quam aetatem apud Hebraeos nemini fas erat Cantico-rum Cantica, et principum Genesis, et finem Prophetiæ Ezechielis attingere, ut docent Origenes in principio 4 homiliarum in Cantica, et Hieronymus in proœmio cap. 1 Ezechielis. Sacerdotalis autem aetas annorum erat non minus triginta, ut ibidem Hieronymus, qualem tunc sine dubio non attingeret Samuel, qui adolescens esse dicitur, quando gubernandi munus aggressus est, lib. 1 Reg. cap. 12, v. 2. Ab eo enim tempore iudicium populi subire voluit, in quo pro summa potestate poterat alios opprimere, et suis spoliare facultatibus. Hæc meo iudicio gravis est ratio: sed neque illa levior; quòd eodem tempore, quo Samuel sacerdos esse potuit, alius fuit sacerdos Achias filius Achitob, lib. 1 Reg. cap. 14, v. 3. Imò et Achitob illius parentem sacerdotem quoque fuisse verisimile est. Ita putat Sigenius l. 5 de Republicâ Hebraeorum, et Torneius in suis Annalibus, anno mundi 2940.

Alii neque pauci, neque vulgari notâ, sacerdotem esse maximum Samuelem existant. Ita Augustinus, qui supra negaverat, lib. 2 Retract. cap. 55, et in Psal. 98, et contra Faustum cap. 53, de Civit. lib. 17, c. 5; Gregorius, Eucherius, Angelomus hic, Hieronymus ad illud 1 Cor. 1: *Cam omnibus, qui invocant nomen Domini*; ubi sic de Samuele: *Quem sacerdotem fuisse illa res probat, quia et sacerdoti successit, et hostias offerbat. De quo etiam secundum historiam dictum est: Suscitabo mihi sacerdotem fidelem.* Idem in hunc ipsum locum tenent Primasius et Haymo. Ratio horum est, quia Samuel aliquando sacrificasse dicitur, quod munus Levitarum non est, sed sacerdotum. Ut c. 7, v. 9, ubi dicitur obtulisse holocaustum, et orasse pro populo, solemnî, opinor, ritu, quod sacerdotum proprium est, et reges unxisse, primum Saulem, deinde Davidem; quod argumento fuit Augustino, atque Hieronymo, ut Samueli non admerent sacerdotale munus. Adde his, traditum à Josepho lib. 6, cap. ult. excitatum esse Samuelem cum sacerdotali amictu. Hæc videntur opinionis hujus firmitatem præcipua.

Ego quid hic statuam, nihil dum habeo definitum. Utrunque occurrunt rationes non firmæ, et magnum ab auctorum gravitate pondus. Quare illud mihi consilium probari coepit, ut nihil definitò statuerem; sed liberum suum cuique relinquere iudicium, cui subscriberem meum. Nihilominus dicam, quò magis inclinet animus, ubi utriusque sententia dissolvere, aut infirmare argumenta. Et primum, quæ Samuelem sacerdotem esse negant, hoc videntur modo elevari posse.

Primum, quò videlicet ex genere fuerit Levitico Samuel, non sacerdotali, sic solvit Hieronymus ad 1 Cor. cap. 1, Leviticam, et sacerdotalem familiam esse proximas, utpote à Levi patriarchâ propegatas; atque ideò ex unâ in allam migrationem aliquam posse fieri. Qui cum Samueli accommodasset illud: *Suscitabo mihi sacerdotem fidelem*, addidit: *qui quantvis non sit de genere Aaron, tamen de tribu Levi esse in Paralipomeno legitur, qui ipse (Deus) hanc constituit, qui et illum. Ita enim Aaron elegit, ut alios postea eligendâ non amisserit potestatem.* Et quidem in viris spectatæ virtutis, de quorum prudentiâ in rebus dubiis et angustiis sæpius exploratâ, aliquid speratur eximium, frequentes in omni instituto quantumcumque severo magnæ fieri solent exceptiones, præser-

tim si tempora incurrant, quæ singularem aliquam constantiam et prudentiam requirant. Quale fuit hoc tempus, in quo superior videbatur Philistinorum causa; neque ex Heli posteritate ullus erat reliquus eo vel ingenio, vel ætate, ut dignus censeretur, qui sacerdotale munus et pondus sustineret.

Alia ratio fuit, quia quo tempore sacerdotio et vitâ defunctus est Heli, nondum sacerdotalem ætatem, id est, annos triginta natus erat Samuel; atque ideò non est verisimile, tantum pondus ætati nondum firmate satis, et ingenio, quod non videbatur satis esse maturum, insedis. De ætate nihil, quod ego viderim, habemus ex Scripturâ sacrâ; neque Hieronymus docere videtur, sacerdotalem ætatem annorum esse triginta; sed ita visum esse Hebræorum doctoribus. Ab hæc ætate Levitas suum obire ministerium ad annum usque quinquagesimum, habemus Numer. cap. 4 de sacerdotis ætate legitimum mirum silentium. Quòd si nondum habebat Samuel ætatem idoneam sacerdotali ministerio, id etiam Deus supplere voluit in tanto viro, cujus animum celesti quodam lumine illustraverat, et magnarum rerum cognitione compleverat. Quod sanè populo ignotum non erat, qui multarum rerum experientiâ didicerat, Samuelem Deo esse familiarem, et divino gubernari consilio, non suo. De quo est illud cap. 3, v. 20: *Et cognovit universus Israel à Dan usque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini.* Quòd si Achias proximè successit Heli, quod meo iudicio dicendum est, cum nullum alium inter illos duos interjectum esse videamus, non videtur fuisse, cum sacerdotium inivit Samuele grandior. Nam cum jam Samuel gubernandi onus deposuisset, quod tunc fecit, quando præ nimia ætate gravem illam personam sustinere non poterat, sacerdotio fungebatur Achias, regnante Saule, ut habes infra cap. 14.

Ad illud, quod tertio opponelamus, duos simul futuros fuisse sacerdotes, nihil haberet momenti, si verum esset, quod multi fidenter graves, nec sine gravi fundamento sentiunt, eodem tempore sub Davide duos fuisse pontifices, Abiathar et Sadoc; de quo nos suo tempore pluribus. Sed fortassè neque tunc, neque hoc Samuelis tempore, duobus dignitas illa maxima communis fuit. Quòd si Achias, utpote pronepos Heli, ad avitum, seu paternum locum promovendus fuit, intermedium tanto muneri ætas esset idonea, et maturâ prudentiâ, videri potuit Samuel vicariam

habuisse potestatem, quâ tunc seipsum abdiderat, cum iudicandi onus in Saulis humeros et curam declinavit. Id quod indicat, licet dicendi modo subobscurò, illud cap. 14, v. 3: *Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo, portabat Ephod.* Quasi dicat, quo tempore regnare cepit Saül, jam sacerdotio fungebatur Achias, quod proximè Samuel cum regni administratione deposuerat. Et quidem mirum est, si quis alius Samuelis tempore sacerdos fuit, illius toto Samuelis dominatu, neque munus fuisse, neque nomen auditum.

Neque novum est, ut si quod occurrit impedimentum, quominus sacerdos summus suo possit fungi ministerio, illius loco sufficiatur alius, qui licet summus non sit, sit tamen ex inferiori sacerdotum numero. Vide Abulensem in cap. 21 Lev. q. 20, et sup. lib. 1 Paralip. cap. 9, q. 16, ubi docet, fieri posse, ut pro sacerdote magno ad aliquod tempus aut opus sufficiatur alter; et adducit exemplum ex Josepho ejusdem sacerdotis, qui cum præcedenti nocte somno esset pollutus, neque Sancta sanctorum ingredi permitteretur à lege, alium sui loco suffecit, qui ad festum expiationis munus illud, quod uni sacerdoti maximo licebat, obiret. Quare potuit unus esse jure quasi proprio sacerdos summus, et alius eodem tempore ex illius concessione, qui pontificias functiones, si quando aliquod incideret impedimentum, exerceret. Et ita fortassè contigit Samuelis tempore, qui pro eo qui sacerdos esse debuit, vicariam operam præstitit; sive sit Achitob, si quod ille impedimentum habuit, aut ab ætate sacerdotali, ad quam morte præreptus non pervenit; aut quia aliquod habuit vitium, aut deformitatem in corpore, quæ hominem ineptum reddit altari; sive sit Achias, cujus sine dubio atas legitima non erat, quo tempore proavus Heli supremum illum locum vacuum reliquit.

Neque minus urget illud Hieronymi adversus Jovinianum, quòd Psal. 98, Samuel non numeratur inter sacerdotes, sed inter illos qui invocant nomen Domini. Nam licet invocare nomen Domini, commune sit laicæ atque sacerdotali turbae invocare tamen legitime, et quasi ex instituto, id uni tantum convenit sacerdotum ordini, ut dixit Hieronymus in cap. 1 Epist. 1 ad Cor. qui hoc eodem loco adversus Jovinianum probaverat à sacerdotum numero separandum esse Samuelem.

Nunc rationes illas exploremus, quæ Sa-

mueli sacerdotii magni titulum attribunt, et quantum habeant momenti, investigemus. Et primum, quòd Sammel aliquando sacrificaverit, quod negari non potest, non probat sacerdotem esse magnum, cum quilibet à sacerdotum ordine id præstare poterit. Neque enim sacerdos magnus aliquid proprium habuit, nisi quòd semel in anno ad festum expiationis ad Sancta sanctorum, id est, ad penitissimum tabernaculi secessum ingreditur, ut latè probat Abulensis in cap. 29 Exodi, q. 16. Et quidem sacrificasse Eliam, qui tamen sacerdos, saltem magnus non erat, habemus 3 lib. Reg. cap. 18.

Neque illud de unctione regis Saulis et Davidis plus habet firmitatis; neque enim ungeni ministerium ad sacerdotem magnum coarctatum est, ut in Scripturâ sacrâ multa docent exempla. Sanè regem Syriæ Azælem, jubente Domino, unxit Elias, lib. 3 Reg. cap. 19, et lib. 4, cap. 9, Jehu regem Israel unxit unus è prophetarum numero. Vide Abulensem in lib. 1 Reg. cap. 10, q. 2. Hæc præcipue existimantur rationes; neque enim admodum curo, quid Josephus de Samuelis sacerdotali vestimento proderit, cum illud sit incertum, neque auctor ubique, ut in nostris super Aggeum Commentariis observavimus, valde se ostendat de explorandâ, aut de statuendâ veritate sollicitum.

Hæc mihi de utraqûe sententiâ dici posse videntur prudenter et tutò; neque ego, si meo tantum obsequer studio, ulterius proveheret, nisi curiosus lector aliquid amplius in hæc disceptatione requireret. Cujus ut paream desiderio, dico primum, utramque sententiam mihi videri valde probabilem; deinde mihi illud existimari probabilius, quòd prima deget sententiâ, nempe Samuelem nunquam magnum fuisse sacerdotem. Quod rationes allatæ supra faciunt sat verisimile. Quibus addo illorum etiam sententiam, qui catalogum texere pontificum, quorum nullus meminit Samuelis. Neque in totâ Samuelis historiâ legitimus aliquid, quod summum oleat illius sacerdotum; nisi dicas ab illo unctos esse reges, et sacrificium oblatum; quod tamen factum est à minoribus sacerdotibus, imò et à prophetis, ut paulò ante diximus.

Illud mihi videtur concedi posse posteriori sententiæ, Samuelem extra ordinem speciali aliquo privilegio, cum tantum esset ex ordine Levitico, designatum tamen à Deo fuisse sacerdotem, ut dixit Hieronymus ad 1 Corinth.

cap. 2, quod non latuit Samuelem ipsum, cui Deus alia plurima in ætate adhuc puerili revelarat. Neque fortassè illius ignorarunt parentes, cum illum templo consecrare, et ministeriis sacris assiduum esse voluerunt. Et quidem illud ephod, quod in primis annis à matre missum in tabernaculo gestabat, aliquid olet sacerdotale. Et si lampades accendebat, quod videtur ex subsequenti capite posse colligi, illud sacerdotale erat, non Leviticum munus. Tam autem sacerdotis nomen et officium, quam in ætate nondum sacris functionibus idonea in tabernaculo morari, atque ibi aliquid majus exercere, quam illi permittebatur ætate; privilegium arbitror esse divinum, neque id ignoratum esse sacerdoti Heli, qui magna jam in Samuele infante intuebatur divini consilii et futuræ sanctitatis documenta. Sacerdotem tamen fuisse magnum non puto, ut rationes allate superius, si non convincant, à certè sadent. Et quæ statim adduntur, eo apud me sunt loco, ut penè persuadeant. Neque enim quæ de sacerdote dicuntur, quem suscitavit Dominus loco Heli, quem, qui contra sentiunt, Samuelem esse putant, ejusmodi sunt, ut in Samuele convenire possint; optimè verò in familiam Sadoc, quod ex illorum expositione non obscure constabit.

SUSCITATO MIHI SACERDOTE FIDELI (1), QUI

(1) Allegor. significatur hic translatio sacerdotii ab Heli et Aaron ad Christum: hic enim est sacerdos fidelis Deo. Ita S. Greg., Theod., Angel., Procopius et S. Aug. 17 Civit. c. 4. Videmus verò hodiè Judæos absque sacerdotio esse: « Et inter eos, inquit Aug., quicumque est ex Aaronico genere, cum videt sacrificium Christianorum toto orbe tollere, sibi autem honorem illum magnum esse subtractum, deficiunt oculi ejus, et defluit anima ejus labæ meroris, mors verò illa filiorum significavit mortem ipsius sacerdotis de filiis Aaron (inquit August.) et sacerdos ille fidelis v. 53 maxime et principaliter est Christus Dominus, » inquit Procop., Theodor. et alii.

Porrò Christus non tantum est sacerdos et pontifex, sed et Christianos, quoslibet elicit sacerdotes et reges mysticos, juxta illud Apoc. 1. 11: *Fecit nos regnum et sacerdotes.* Unde S. Leo serm. 3 in die anniversario assumptionis suæ ad pontificatum: « Omnes, inquit, in Christo regeneratos crucis signum efficit et reges: sancti verò Spiritus unctio consecrat sacerdotes. » Et mox ostendit quæ in re hoc regnum et sacerdotium consistat. « Quid enim, inquit, tam regium quam subditum et Deo animam corporis sui esse peccatorem: et quid tam sacerdotale, quam vovere Domino conscientiam puram, et immaculatas pietatis hostias de altari cordis offerre? »

(Corn. à Lap.)

JUXTA COR MEUM ET ANIMAM MEAM FACIET. Juxta ea quæ proximè diximus, sacerdos iste fuit Sadoc, qui longè aliter quam Heli ministerium obit pontificale; qui fidem Deo, ac templo navavit operam, neque aliter se in tanto munere prestando gessit, quam divina ab eo voluntas exigebat. Et quidem in Sadoc nihil invenimus, quod quisquam jure reprehendat; neque levem de illius integritate, morumque disciplinâ conjecturam affert, quod Davidi viro divini cultus studiosissimo tam fuerit familiaris, et (ut multi volunt) assumpens, ut simul cum Abiathar summum assumeretur sacerdotis officio.

ET EDIFICABO ET DOMUM FIDELI. Hæc in Samuele convenire non possunt, in Sadoc autem maxime. Nam licet Samuel vir fuerit sanctissimus, domus tamen illius fidelis non fuit, sive filios spectes, sive seram illius posteritatem. Filii enim illius non valde fuerunt meliores filiis Heli, de quibus infra, cap. 8, v. 3: *Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus: sed declinaverunt post avaritiam; acceperuntque munera, et pervertentur iudicium.* Denique ut filii Heli à familiâ Ithamar ad domum Eleazari transulerent sacerdotium, sic etiam Samuelis filii propter morum intemperantiam abrogatâ antiquissimâ gubernationis formâ, in populum Israeliticum novam gubernandi rationem invexerunt. Sed si domus pro posteritate sumatur, aut novis titulis ornata, aut claris nobilitata virtutibus, neque hoc in domo Samuelis appareret; quid enim in illâ eximium præter illustrem Samuelis memoriam? Sectis de Sadoc, cujus domus fidelis fuit, et ad tempus fœdè Christi sacerdotium obtinuisse creditur: obtimebat certè post eversum à Chaldeis Salomonis templum, ut constat ex Ezech. cap. 40, v. 46: *Porrò gazophylacium, quod respicit ad viam apollonis, sacerdotum erit, qui exebant ad ministerium altaris. Isti sunt filii Sadoc.* Et ut constat è sacerdotum catalogo, quem Josephus texti lib. 10, cap. 11, et ex eo Sigonius lib. 5, cap. 1, de Republ. Hebræorum, ad longum usque tempus, saltem ad Jesum filium Josedece, sacerdotes magni ex Sadoc familiâ propagati sunt. « Hi, inquit, omnes quasi per manus traditum sacerdotium filii parentum successores res acceperunt, continuatâ generis serie. »

ET AMBULABIT CORAM CHRISTO MEO CUNCTIS DIEBUS. Christus hoc loco rex est Israel; sic enim Reges appellantur ab unctioe. Coram rege ambulare non potuit Samuel omnibus diebus vite suæ, quia ad extremos usque vite

dies rex nullus fuit, aut alius, qui vocari poterit Christus, nisi sacerdos, utique summus, quia in ejus conspectu futurus esse dicitur: ac coram se ambulare, id est, sibi ipsi obsequi, aut sacerdotale præstare ministerium, qui potest aut fieri, aut intelligi? De Sadoc nemo dubitari potest, quem Salomon, Abiathar abjecto, sacerdotem esse voluit, à cuius conspectu nunquam abfuit, neque à gratiâ excidit; quique omnium primus in templo à Salomone constructo sacerdos fuit.

VERS. 36. — FUTURUM EST AUTEM, UT QUICUMQUE REMANSERIT IN DOMO TUA, VENIAT, UT ORETUR PRO EO (1). En quanta in Heli domo fuerit re-

(1) Ex Hebræo verti potest clarius: *Veniet ad orandum pro munno argenti et tortâ panis, orando scilicet ut detur sibi quasi pauperi et famelico nummus exiguus, et fragmen panis, quo latrantem ventrem satiet.* Ita Cajet. et Vatabl.

DIMITTE ME, OBSCURO, AD UNAM PARTEM SACERDOTALIUM, UT COMEDAM BUCCELLAM PANIS. Allegor. *Bucella panis*, significat sacrificium Eucharistie, quod è pane fit. Ita S. Gregor. Eucher., Theodor., Procop. Andi S. Augustin. 17 Civit. 4: « Quod ergo addidit manducare panem, etiam ipsum sacrificii genus eleganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse: *Panis est quem ego dedito, caro mea est pro seculi vitæ: ipsum est sacrificium non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech: qui legit intelligat.* » (Corn. à Lap.)

Que de choses à noter dans ce récit! Inquit impudens Volney. D'abord voyez un tête-à-tête divulgué; par qui? Heli ne s'en sera pas vanté: c'est donc l'homme de Dieu qui l'a ébruité. Quel intérêt a-t-il eu de préparer les esprits à un changement désiré de plusieurs, même du plus grand nombre? En sa qualité de prophète et de prébiteur, cet homme de Dieu a dû connaître le successeur annoncé, déjà pressenti; n'aurait-il pas déjà de concert avec lui? Sa prédiction va se trouver faite en faveur de Samuel. — Samuel ne jouerait-il pas un rôle en cette affaire? L'axiome de droit dit: *Celui-là a fait qui a eu intérêt de faire*; ici ne serait-ce pas Samuel même? Notez qu'Heli était aveugle, et qu'on a pu lui parler sans qu'il ait reconnu la personne. Il y a ici manoeuvre de fourberie; Samuel n'est pas à craindre, mais il est prévenu. Quant à la prédiction de la mort des deux fils d'Heli en un même jour, on sent combien il a été facile à l'écivain ou au copiste de l'interpoler après coup: où est le procès-verbal primitif?

Hic panes iudicare quisque poterit quò progrediatur apud Volney fingendi licentia, quamque fidem mereatur. Samuelem non Dei jussu, sed decipiendi consilio ad Heli venisse, res est prostris incredulibus, omnibusque contraria quæ de Samuele narrat hujus libri auctor. Nullo enim monumento utitur, sed conjecturis tantum ex suo perversissimo ingenio ductis, ut tam nefarium propositum sanctissimo viro tribuat. Porrò nemo nescit non conjectris, sed factis historiâ constare, nec rerum scriptori

rum vicissitudo. Venire ante consueverunt aut in domum Heli; id est, ad eos qui ex ejus familiâ sacrificiis, ac tabernaculo præerant, à quibus accipiebant abundanter quicquid ad domesticos usus et sumptus præpè regis pertinebat. Sed in hæc fortuna ac temporum conversio, accedent, qui fuerint ex illâ domo reliqui, supplices ad sacerdotem ex alienâ familiâ, ut pro illis oret atque sacrificet. Affert autem, quod pauperes solent, nummum argenteum, quod videlicet ematur per exigua vitæ clima, ut columba, aut aliquid simile, et tortam panis. Quem usque adeo premet aut famæ, aut egestas, ut dari sibi postulet ab æmulo suo, misericordiam tantum nomine; modicum aliquid ex eo quod ex victimis legitime in suum victum sacerdotis assumunt. Neque plus petit ille, quem dira urget necessitas, quam sibi porrigi postulat, qui mendicatio vivit, quemque aliena tantum misericordia sustentat. *Dimitte, inquit, me, obscuro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis.*

Hæc juxta nostram translationem. Si verò Hebraicum textum, quem nunc habemus, intueare, quem respexere novæ translationes, et ex antiquis Chaldaicâ, et Septuaginta, alias est sensus, neque parum diversus. Neque enim qui ex domo Levi dicitur futurus esse reliquus, aut sacerdotem alium, ut ab illo exiguum aliquid ex sacerdotali emolumento eret quo vitam uticumque, parè licet et angustè, sustentet.

In hæc porrò commutatione sacerdotii, illam multi Patrum intelligunt, quæ facta est ab Aaronico sacerdotio, et in Christum pontificem summum translata. Ita Augustinus lib. 17 de Civit. cap. 3, Gregorius, Angelomus, Eucherius, Theodorèus c. 10, et plures alii. Ex quo tempore, qui sunt è genere Levitico sacerdotaliqûe progenie, sic miserè vivunt, ut

fingerè, sed narrare quæ in documentis reperit, permittum esse. Ab officio igitur historici quam longissime aberravit Volney, cum maximam fidem auctori conciliare predictionem interitûs duorum Heli filiorum, animadvertens, non dubitavit asserere facile fuisse ipsi hujus scriptori aut scribæ hanc predictionem interpolare, nec ullam interpolationis argumentum, nisi quia id sibi ita videtur, attulit. Si quidem animo lubet, hæc fingere liceat, jam tota historia in remota converteretur, nihilque certum, nihil verum in rerum monumentis supererit.

emendicatò extigam stipem ab aliis, et panis breccellam exquirant, neque promptum habeat

CAPUT III.

1. Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli : et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.

2. Factum est ergo in die quâdam, Heli facebat in loco suo, et oculi ejus caligaverant, nec poterat videre :

3. Lucerna Dei antequàm extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.

4. Et vocavit Dominus Samuel. Qui respondens, ait : Ecce ego.

5. Et cucurrit ad Heli, et dixit : Ecce ego; vocasti enim me. Qui dixit : Non vocavi; revertere et dormi. Et abiit, et dormivit.

6. Et adjecit Dominus rursùm vocare Samuelem. Consurgensque Samuel, abiit ad Heli, et dixit : Ecce ego, quia vocasti me. Qui respondit : Non vocavi te, fili mi; revertere, et dormi.

7. Porrò Samuel necdùm sciebat Dominum, neque revelatus fuerat ei sermo Domini.

8. Et adjecit Dominus, et vocavit adhuc Samuelem tertio. Qui consurgens, abiit ad Heli,

9. Et ait : Ecce ego, quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum, et ait ad Samuelem : Vade, et dormi; et si deinceps vocaverit te, dices : Loquere, Domine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Samuel, et dormivit in loco suo.

10. Et venit Dominus, et stetit : et vocavit, sicut vocaverat secundò : Samuel, Samuel. Et ait Samuel : Loquere, Domine, quia audit servus tuus.

11. Et dixit Dominus ad Samuelem : Ecce ego facio verbum in Israël, quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus.

gens illud invisum, et ignobile aliorum officium.

CHAPITRE III.

1. Or, le jeune Samuël servait le Seigneur auprès d'Héli; e' la parole du Seigneur était alors rare et précieuse; on ne connaissait plus guère de vision et de prophétie.

2. Les yeux d'Héli s'étaient obscurcis, selon que le Seigneur le lui avait prédit, et il ne pouvait voir. Il arriva un jour lorsqu'il était couché en son lieu ordinaire,

3. Que Samuël dormait dans l'appartement d'Héli, qui était proche le temple du Seigneur, où était l'arche de Dieu, avant que la lampe qui brûlait dans le temple de Dieu fût éteinte, c'est-à-dire, avant que l'aurore commençât à paraître.

4. Le Seigneur appela Samuël. Et Samuël lui répondit : Me voici.

5. Il courut aussitôt à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui dit : Je ne vous ai point appelé; retournez et dormez. Samuël s'en alla, et se rendormit.

6. Le Seigneur appela encore une fois Samuël. Et Samuël s'étant levé s'en alla à Héli, et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli lui répondit : Mon fils, je ne vous ai point appelé, retournez et dormez.

7. Or, Samuël ne connaissait point encore les voies du Seigneur ni les signes par lesquels il fait sentir sa présence aux prophètes, car jusqu'alors la parole du Seigneur ne lui avait point été révélée.

8. Le Seigneur appela donc encore Samuël pour la troisième fois. Et Samuël se levant, s'en alla à Héli,

9. Et lui dit : Me voici, car vous m'avez appelé. Héli reconnut alors que le Seigneur appelait l'enfant, et il dit à Samuël : Allez, et dormez; et si l'on vous appelle encore une fois, répondez : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur vous écoute. Samuël s'en retourna donc en son lieu, et s'endormit de nouveau.

10. Le Seigneur vint encore; et, étant près de Samuël, l'appela, comme il avait fait les autres fois : Samuël, Samuël. Samuël lui répondit : Parlez, Seigneur, parce que votre serviteur vous écoute.

11. Et le Seigneur dit à Samuël : Je vais faire dans Israël une chose que nul ne pourra entendre sans être frappé d'un profond étonnement.

12. In die illâ suscitabo adversum Heli omnia quæ locutus sum super domum ejus; incipiam, et complebo.

13. Prædixi enim ei quòd judicaturus essem domum ejus in æternum, propter iniquitatem, eò quòd noverat indignè agere filios suos, et non corripuerit eos.

14. Idcirco juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus ejus victimis et muneribus usque in æternum.

15. Dormivit autem Samuel usque mane, aperuitque ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli.

16. Vocavit ergo Heli Samuelem, et dixit : Samuel, fili mi? Qui respondens ait : Præstò sum.

17. Et interrogavit eum : Quis est sermo quem locutus est Dominus ad te? oro te ne claveris me. Hæc faciat tibi Deus, et hæc addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi.

18. Indicavit itaque ei Samuel universos sermones, et non abscondit ab eo. Et ille respondit : Dominus est; quod bonum est in oculis suis faciat.

19. Crevit autem Samuel, et Dominus erat cum eo, et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.

20. Et cognovit universus Israël à Dan usque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini.

21. Et addidit Dominus ut appareret in Silo, quoniam revelatus fuerat Dominus Samuël in Silo, juxta verbum Domini. Et evenit sermo Samuelis universo Israël.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — PUER AUTEM SAMUEL MINISTRABAT DOMINO CORAM HELI (1). Puer adhuc Samuel assiduus erat sacerdoti Heli, illique in omnibus præstò aderat, quæ ad sacrum tabernaculi ministerium pertinebant. Quod faciebat

(1) Chaldaeus : In vitâ Heli.

42. En ce jour-là je vérifierai tout ce que j'ai dit contre Heli et contre sa maison; je commencerais et j'achèverais.

43. Car je lui ai prédit que j'exercerais mon jugement contre sa maison pour jamais, à cause de l'iniquité de ses enfants, parce que sachant que ses fils se conduisaient d'une manière indigne de leur ministère, il ne les a point réprimés.

44. C'est pourquoi j'ai juré à la maison d'Héli que l'iniquité de cette maison ne sera jamais expiée ni par des victimes ni par des présents, mais qu'elle portera toute la peine qu'elle mérite.

45. Or, Samuël ayant dormi jusqu'au matin alla ouvrir les portes de la maison du Seigneur; et il craignait de dire à Héli la vision qu'il avait eue.

46. Héli appela donc Samuël, et lui dit : Samuël, mon fils. Il lui répondit : Me voici.

47. Héli ajouta : Qu'est-ce que le Seigneur vous a dit? Ne me le cachez point, je vous prie. Que le Seigneur vous traite avec toute sa sévérité si vous me cachez la moindre chose de toutes les paroles qui vous ont été dites.

48. Samuël lui dit donc tout ce qu'il avait entendu, sans lui en rien cacher. Héli répondit : Il est le Seigneur; qu'il fasse ce qui est agréable à ses yeux, il ne fera rien qui ne soit infiniment juste.

49. Or, Samuël croissait en âge; et le Seigneur était avec lui; et nulle de ses paroles ne tomba à terre.

50. Et tout Israël connut, depuis Dan jusqu'à Bersabee, que Samuël était le fidele prophète du Seigneur.

51. Le Seigneur apparut de nouveau à Samuël dans Silo; car ce fut à Silo qu'il se découvrit à Samuël, et que, selon qu'il avait fait entendre sa parole la première fois, il la lui fit entendre de même dans la suite. Et tout ce que Samuël dit à tout le peuple d'Israël de la part du Seigneur fut accompli.

aut quia è levitico ordine, qui multa in templo pro suo instituto obibat ministeria; aut certe quia, ut supra diximus non videri difficile, ad sacerdotales partes admittatur, divino nimirum privilegio, quod, opinor, Heli non ignorabat. Et hoc fortassè verius, quia, ut paulò ante à nobis observatum est, multa postea